Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis, Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi

Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>

Antverpiæ, 1591

De lectione. Cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53148

Visual Library

ſcenderunt. Aſſueſcant huic conſuetudini ſanctæ frequenter inſiſtere & conſtanter, motúſque animi refugos diſcant Deo vel paululum applicare.

De lectione.

CAP. XIII.

LECTIONIBVS quoque diuinis eſt anima nutrienda: idcirco illis qui primò circa diuinum officium addiſcendum (prout infrà dicetur) extiterint, diligenter per inſtructionem imbuendi, ſcriptura eſt aliqua ex ſacra pagina, ad morum informationem conueniens prouidenda, potiùs ſpiritualis conſolationis habendæ, quàm ſtudij gratia. Nouorum ſtudium fratrum, in orationis inſtantia, in diuini exercitio officij, & fratrum obſequiis maximè debet eſſe. In lectione itaque, ſi qua ſibi permitti contigerit, non magis quærant ſcientiam quàm ſaporem. Hauriendus eſt ſæpè de lectionis ſerie affectus, & formanda inde oratio, quę lectionem nonnunquam interrumpat: hoc enim modo diuina lectio lecta confert intelligentiā ſalutarē. Et ſcientia quæ pro virtute deſpicitur, per virtutē poſtmodum meliùs inuenitur. Certis autem horis, certæ lectioni vacandum eſt. Fortuita lectio & quaſi caſu reperta non ædificat: ſed reddit inſtabilem animam. Ceptis eſt ingeniis immorandum, & aſſuefaciendus eſt animus. Faſtidientis eſt ſtomachi multa deguſtare. De quotidiana lectione, aliquid quotidie in ventrem memoriæ dimittendum eſt, quod fideliùs digeratur, & ſurſum reuocatum crebriùs ruminetur: quod propoſito conueniat, quod intentioni proficiat, quod detineat animum, vt aliena cogitare non libeat.]

De lectione eſt oratio fòrmáda.

Ex Ber. de vita ſolitaria ad frat. de monte Dei, ante med. Item Hugo à S. Victor. no. 2. inſtit. mon. c. 8. de inſtit. nouit.

De